FLORA.

64. Jahrgang.

No. 6. **Regensburg, 21. Februar** **1881.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. — Dr. Carl Kraus: Untersuchungen über den Säftedruck der Pflanzen. (Schluss.) — Literatur.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XII.

228. *Leptogium dimorphum* Müll. Arg.; thallus ut in mediocri *L. tremelloide*, subtus glaberrimus et nitidulus, siccus leviter plicato-rugulosus et paullo pallidior, supra fuscescenti-plumbeus, laciniae saepe incurvae v. subundulatae, margine subintegrae; apothecia sparsa, novella crasse albido-marginata, evoluta dimorpha, vulgo margine tenui integro cincta et similia iis *L. tremelloidis*, rarius autem pro multo minore parte margine inflexo denticuli- et lacinuligera et tum similia iis *L. inflexi*; sporae magnae, in ascis 4—8-nae, 38—46 μ longae, 16—18 μ latae, rhomboideae, utrinque acutatae, e 5-loculari multiloculares. — Primo intuitu medium tenet inter *L. tremelloides* et *L. inflexum*, a priore sporarum magnitudine bene differt, a posteriore autem facie inferiore glaberrima nitidula statim recedit. — Crescit ad truncos muscosos prope Apiahy, Brasiliae meridionalis: Puiggari n. 1264.

229. *Leptogium hypotrachynum* Müll. Arg.; thallus circ. 4 cm. latus, laciniae horizontales v. adscendentes, obovatae, obtuse lobatae, margine integrae, siccae tenuiter coriaceae, madefactae flaccidae, fusco-olivaceae, utrinque concolores, supra laeves v. siccae

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0083-0

leviter rugulosae, subtus prominentiis creberrimis polymorphis obovoideis obtusis integris v. obtuse lobatis saepe latioribus quam longis v. etiam paullo elongatis omnino thallinis (sc. epidermide cellulosa et intus gonidiis concatenatis praeditis) exasperatae v. quasi verruculoso-tomentellae; apothecia 2 mm. lata, adpressa, subplana, fusca, thallodice tenuiter et integre marginata; asci 8-spori; sporae circ. 25 μ longae, 10 μ latae, fusiformi-ellipsoideae, e 6-loculari modice parenchymaticae. — Species summopere distincta, nulli cognitarum arcte affinis, juxta vulgatissimum *L. tremelloides* locanda. Asperitas paginae inferioris omnino propria est, e progemmatione quadam intricatim verruciformi ex elementis completo-thallinis, non tantum hyphoïdeis ut in sect. Mallotii, non piliformibus, diametro circ. 20—30 μ aequantibus formata est. Prima fronte quoad thallum formam rigidam *L. tremelloidis* quasi simulat. — In Mexico ad truncos arborum: Sumichrast.

230. *Synechoblastus turgidulus* Müll. Arg.; similis *S. fasciculari* (*Collemati aggregato* Nyl.), sed thallus crassior, turgidus, fusco- v. nigricanti-olivaceus, lobuli intricati, rigidi, apice nonnihil adscendentes, plicato-rugosi; apothecia $1^1/_2$ mm. lata, innato-sessilia, crasse marginata, discus rufescens; asci 8-spori; sporae 40—45 μ longae, cum halone tenui subgranuloso 5—$6^1/_2$ μ latae, anguste fusiformes, 5—9-septatae. — Ab affinibus *S. fasciculari* et *S. implicato* recedit apotheciis aliter marginatis. — In Mexico, in truncis: Fred. Müller.

231. *Coniocybe Mac Owaniana* Körb. in Oestr. Bot. Zeitschr. — in Arn. Exs. n. 817, et e benevolo dono cl. auctoris, non Lichen est sed species fungini generis *Stilbi*. Sporae in basidiis valde tenellis acrogenae sunt.

232. *Cladonia ceratophylla* Eschw. Bras. p. 280; Nyl. Syn. p. 191, mense Junio anni praeterlapsi a cl. et oculatissimo Puiggari prope Apiahy Brasiliae meridionalis demum fructifera lecta ist. — Laciniae thalli supra sparse eodem modo sunt cornuligera ac in planta notissima sterili, sed insuper sparse v. praesertim juxta marginem podetiola proferunt cornubus multo breviora, vulgo $1—1^1/_2—2$ mm. longa, cylindrica, haud scyphophora, fere omnino hyphoïdea (rudimentarie corticata), superne gradatim thallo pallidiora (hinc inde gonidiis confertis praedita), laevigata, madefacta subpellucida, apice in capitulum unicum pallido-fuscum v. pallide rufescens v. in 2—4 aggregata connata v. segregata abeuntia. Haec capitula s. apothecia circ. $1—1^1/_3$ mm.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0084-5

lata, pallida, depresso-globosa, demum magis sunt fuscescentia. Sporae plane evolutae nondum observatae. — Habitat in montanis prope Apiahy: Puiggari.

233. *Cladonia pityrophylla* Nyl. in Flora 1874 p. 70.

v. *anomocarpa* Müll. Arg., thallus quam in planta genuina speciei (ibidem etiam crescente) subcrassior et paullo obscurior, nonnihil olivaceus, podetia in iisdem speciminibus diversiformia, fertilia 2—5 mm. longa, nunc simplicia, subattenuata et scyphis omnino destituta, nunc ascyphosa et superne breviter pluriradiata, nunc subdistincte v. etiam normaliter in scyphos margine proliferoradiantes et polycarpicos abeuntia, cartilagineo-corticata, sublaeves v. superne granulata et minute folioligera. — Crescit terricola prope Faxina in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1212.

v. *leucina* Müll. Arg., thalli laciniae magis evolutae, supra pallidiora, lobuli saepe incurvi, subtus albi; podetia non scyphigera, attenuata, albida, incomplete corticata, particulis corticalibus pallidis granulosa v. rudimentarie squamulosa. — Habitu ad *C. alcicornem* v. *firmam* Nyl. Syn. p. 191 accedit, sed thalli laciniae minus elongato-divisae, margine non fibrillosae, et lobuli latiores sunt. — Habitat terricola prope Faxina in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1051.

234. *Usnea barbata* v. *densirostra* Müll. Arg.; *Unsnea densirostra* Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 6. p. 191, ab *U. Hieronymi* Krplh. Lich. Arg. p. 6 re vera, saltem ut varietas, diversa est at ei proxima. Extremitates ramillorum haud nigrescunt et rami caulesque fere laeves v. modice tantum papillosi sunt. Sporae in nostra var. 7—11 μ longae et 5 μ latae sunt. — Ambae saxicolae. — Var. *densirostram* habeo e Montevideo: Gaudichaud, d'Orbigny, Isabelle; e Buenos Ayres: Schnyder; et dein e Brasiliae prov. San Paolo prope Faxina lectam: Puiggari n. 1049.

235. *Ramalina Puiggarii* Müll. Arg.; thalli lacinae et earum ramificatio subpectinata ut in simili *R. Cumanensi* Fée (Ess. p. 135. t. 31. fig. 6), sed sporae omnino aliae, cum iis proximae *R. alludentis* Nyl. (Recogn. Ram. p. 33) quadrantes, 25—30 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, fusiformes, utrinque angustatae, obsolete curvulae v. obsolete sigmoideae. — Thalli laciniae minus rigidulae et minus laeves quam in *R. alludente*, subtus late canaliculato-concavae, supra plano-convexae et sub lente nonnihil reticulato-venulosae. — Species valde distincta. — Crescit prope Apiahy in Brasilia merid.: Puiggari sine no.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0085-1

236. *Peltigera ulcerata* Müll. Arg. L. B. n. 172 nunc loco primitivo cum apotheciis a cl. Puiggari lecta est. Habitus plantae completae cum *P. rufescente* v. *spuria* convenit, sed apothecia adscendentia paullo minora, thallus magis obscuratus, magis rotundato-lobatus et ante marginem peculiariter ulcerato-maculatus. Sporae non omnino maturae circ. 36 μ longae et 3—4 μ latae. — Species proxima est *P. leptoderma* Nyl. Syn. p. 325 (fide Lind. n. 2559), quae fere eodem modo ulcerata est, quae autem a nostra leviter statu sterili differt: thallo tenuiore $^3/_{10}$—$^7/_{20}$ mm. crasso, strato infimo medullari non incrassato et laciniis magis subintegro-obovatis. — Prope Apiahy Brasiliae merid.: Puiggari n. 1184.

237. *Ricasolia Faxinensis* Müll. Arg.; thallus parvulus, laciniae sinuato-lobatae ut in *R. dissecta* v. *minore*, sed breviores magisque glaucescentes, undique subfissurino- et subreticulato-inaequales (ut in *Parmelia saxatili*), et hinc inde obsolete scrobiculatae, firmae, subtus dense subatro- v. fusco-rhizinosae, ad marginem pallidiores; apothecia submarginalia, 2—4 mm. lata, concava, margo adscendens et acutus, subincurvus, mox obtuse crenulatus, non foliaceo-lobatus, extus fere omnino laevis, discus atro- v. brunneo-fuscus, partes exteriores ut in *R. sublaevi* Nyl., at sporae angustiores, circ. 65 μ longae, $3^1/_2$ μ latae, 4-loculares. — Facies infera thalli ut in *R. Casarettiana* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 21 not. (exclus. syn. De Not., descriptio enim *Stictae Casarettianae* De Not. Stict. p. 18 s. 158, ad *R. erosam* β *laevem* Müll. Arg. L. B. n. 179 pertinet), a qua jam primo intuitu colore magis glaucescente, laciniis profundius et obtusius sinuato-lobatis, disco brunneo v. nigricanti-fusco et superficie thalli distinguitur. — Habitat ad truncos muscosos prope Faxina in prov. San Paolo Brasiliae, cum *Lenormandina Jungermanniae*: Puiggari n. 253 (1880).

238. *Stictina quercizans* Nyl. Syn. p. 344.

v. *trichophora* Müll. Arg.; thallus normalis; apothecia in eodem thallo hispidula, pubescentia, puberula, v. majore pro parte glabra, demum fere omnia glabrata. Reliqua bene cum specie quadrant. — Apothecia saepe non minus hispidula quam in *St. Lenormandi* et ejus var. *laevi*, sed thallus omnino est *St. quercizantis*. — Prope Apiahy Brasiliae merid.: Puiggari n. 1314.

239. *Sticta laciniata* v. *boliviana* Müll. Arg.; *Sticta boliviana* Nyl. Animadv. in Lich. Sprucean. p. 71, apotheciorum pili qui adsunt, et qui et copia et longitudine valde ludunt, saepeque

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0086-7

etiam in apotheciis et juvenilibus et adultis intermixtis omnino desunt, characterem specificum hic eodem modo ac in *Stictina tomentosa* efficere nequeunt. — Hic pertinent Lind. n. 116, 2516, 2154 quoad mea specimina novogranatensia, et Puiggari n. 130 prope Apiahy lecta.

— — v. *trichophora* Müll. Arg.; omnia ut in *St. laciniata* v. *laeviuscula* Nyl. sed apothecia ut in var. praecedente nunc validius longius aut brevius nunc minute nunc obsolete piligera. — Habitat prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2214, Deventer n. 16, ad Caldas: Dr. J. Angstroem.

240. *Parmelia pluriformis* Nyl. Syn. p. 381.

v. *chlorocarpa* Müll. Arg.; thallus ut in forma genuina speciei, apothecia virenti-pallida v. viridi-albescentia; sporae 10—14 μ longae, 8 μ latae. — Crescit prope Apiahy Brasiliae merid., ad truncos: Puiggari n. 125. e.

v. *multifida* Müll. Arg.; thalli laciniae pro parte in lacinulas lineares 1—1½ mm. latas crebre multifido- v. crebre iterato-dichotome divisas abeuntes; apothecia ut in var. *chlorocarpa*; sporae 12—15 μ longae, 6—7½ μ latae. — Habitat prope Apiahy: Puiggari n. 1283.

241. *Parmelia leucoxantha* Müll. Arg.; thallus albido-flavicans, imbricato-laciniatus, laxe adplanatus, laciniae vix mediocres, margine subundulatae, planae v. apice concaviusculae, supra demum rimulosae, caeterum laeves, crenatae, margines hinc inde breviter nigro-ciliati et in parte non marginali thalli in lobulis abbreviatis capitato-sorediiferae, subtus fuscae, et praeter rhizinas parcas non vestitae; apothecia ignota. — Thallus subtus ut in *P. latissima*, laciniae quasi ut in minutula *P. perlata* v. *olivetorum*, color pallidulae *P. conspersae*. Ob lacinias parvas et tenuiores margine nigro-ciliatas tantum pro varietate *P. latissimae* haberi nequit. Est minus flavicans quam *P. conspersa*. — Crescit ad saxa prope Faxina in prov. San Paolo Brasiliae: Puiggari n. 1050.

242. *Parmelia hypoxantha* Müll. Arg.; thalli laciniae prostratae, confertim multoties dichotome divisae, lineares, 2—3 mm. latae, convexae, laevigatae, supra olivaceo-pallidae, subtus concavae et sulphureo-argillaceae, rhizinis undique destitutae, lacinulae divergentes, ultimae obtuse et divergenter emarginato-bilobulatae; apothecia et spermogonia haud visa. — Species elegans, quodammodo *Everniopsi trullae* similis, sed confertius dichotoma et lobuli ultimi obtusi et pagina inferior undique

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0087-3

flavicans. In vicinitate *P. mundatae* Nyl. Syn. p. 401 locanda. — In Nova Hollandia meridionali prope *Fowler's Bay: Richard*, comm. ab ill. F. v. Müller. — Videtur saxicola, cum *Psora elegante*, *Parmelia conspersa*, *Parmelia molliuscula* Ach. lecta fuit.

243. *Parmeliella pannosa*; *Lichen pannosus* Sw. Flor. Ind. occid. 3. p. 1888 (specim. orig. Sw. in hb. holm., affirmante cl. Almquist, cum caracasanis optime quadrat, descriptio caeterum et icon Sw. perbene conveniunt); *Parmelia pannosa* Sw. Lich. amer. p. 6 t. 5 (non autem *Pannaria pannosa* Nyl. et Auct., quae in terris tropicis vulgaris et apotheciis lecanorinis praedita est). — Habitu bene refert *Pannariam pannosam* Nyl. (excl. syn. Sw.) sed laciniae thalli utrinque lobulis denticuliformibus obtusis expallentibus (fere sorediellis) ornatae et apothecia minora et biatorina, margine integro saepe paullo undulato cincta sunt. Sporae 15—20 μ longae, ellipsoideae v. ovoideae v. magis oblongatae, utrinque obtuse subacutatae. Hypothallus valide evolutus, virenti-ater, strigoso-pannosus ut in comparata specie. A *Parmeliella nigrocincta* (*Pannaria nigrocincta* Nyl.) jam hypothallo pannoso differt. — Crescit ad truncos arborum in Jamaica: Sw. (n. v.), et pulchre in silvis prope Caracas (Dr. Ernst n. 11, 67 etc.), in Columbia (hb. DC. ex hb. Hepp), in insula Sanctae Catharinae in Brasilia meridionali: Pabst (habeo ex hb. Hamp.), nec non in Mexico prope Cordoba: Sumichrast (unde sterilem tantum habeo).

v. *gyrocarpa* Müll. Arg.; apotheciorum margo prolifero-duplicatus et undulatus, sc. margines saepe in eodem apothecio duo concentrici subregulares v. varie flexuosi. — Habitat in insula Sanctae Catharinae: Probst.

Jam anno 1862 (in Enum. Lich. genev. p. 36) species duas *Pannariae* apotheciis biatorinis praeditas sub *Parmeliellae* nomine generice segregavi.

Pannaria pannosa Nyl. et auct. (non *Lich. pann.* Sw.) eadem esse videtur ac *Parmelia mariana* Fries Syst. orb. veg. p. 284 (ex cl. Almq. in litt.), sed discus apotheciorum tamen l. c. ater describitur.

244. *Coccocarpia smaragdina* Pers. v. *ciliata* Müll. Arg.; thallus elongato-lineari-divisus (ut in *C. molybdina* v. *pellita* Auct.), subtus rhizinis coeruleis vestitus; apothecia subfusco-rubella v. testaceo-pallida, subtus crebre et rigidule albo-ciliata; sporae $6^1/_2$—8 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, utrinque obtuse subangustatae. — Sporae minus fusiformi-angustatae quam in *C. smaragdina*, sed inter-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0088-8

mediae occurrunt. — Crescit prope Iporanga in Brasiliae prov. San Paolo: Puiggari n. 1247.

245. *Psora coroniformis* Müll. Arg. α *crenata*; *Endocarpon crenatum* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 (vol. 6) p. 156; *Lecanora chonion* Tuck. Suppl. 1. p. 425; *Biatora crenata* Willey Cat. p. 19, Tuckerm. Gen. p. 156; areolae (ut in omnibus varietatibus) crassae, concavae v. late subinfundibuliformes (unde nomen *Lecanora chonion* Tuck.) et in margine elevato et dein nonnihil arcuato-recurvo fere circumcirca apotheciigerae (unde optimum nomen *Lecidea coroniformis* Krplh.), carneae, demum expallentes v. albido-subpruinosae, sublaeves; apothecia fusca v. demum nigra. — Habitat in Texas terricola secus Rio Branco: Wright, et copiose prope Dallas: J. Boll, et (ex Tuckerm. l. c.) in Promontorio Bonae Spei.

β *genuina*; *Lecidea coroniformis* Krplh. Exot. Flecht. hb. Wien, p. 326. t. 2. fig. 1; areolae albidae v. forte non nisi dealbatae v. hinc inde nonnihil albo-flavicantes, superficie plus minusve areolato- v. irregulariter subradiato-rimulosae; apothecia obscure fusco-atra. Vix nisi status senior varietatis α. — Habitat prope Tempico aut in vicinitate texana: Berlandier n. 2078, et in cacumine montis mexicani Pico d'Orizaba (sterilis tantum): Fred. Müller.

γ *speirea*; *Endocarpon speireum* Tayl. in Hook. l. c. p. 156; areolae vix nisi margine subrecurvo pruinoso-albicantes, totae magis obscure carneae; apothecia atra. — Habitat in Promontorio Bonae Spei: Zeyher.

Sporae meorum speciminum omnium bene quadrant, 12—15 μ longae et 5 μ latae, oblongato-ovoideae. — *Lecidea incarnata* Ach. Meth. p. 58, Lich. Univ. p. 199, quae postea ab ipso Ach. (Syn. p. 53) et Nyl. (Scand. p. 214) ad *Lecideam decipientem* relata fuit (ex autopsia?), et quae eadem ac *Lichen incarnatus* Thunb., a cl. Tayl. l. c. dubitanter ad *Endocarpon speireum* ducta, ex descriptione: „crusta granulosa fusca" eximie differt ut videtur, sed descriptiones Thunbergianae elastice interpretandae sunt et auctor ille areolas steriles obscure carneas varietatis γ forte pro apotheciis habuit. Dijudicent autoptae.

246. *Psora elegans* Müll. Arg.; thalli areolae approximatae, 2—3 mm. latae, irregulariter grosse anguloso-lobatae, modice concavae, margine adscendente minute crenulato concavae factae, carneae, albido-pruniosae, subtus pallidae, in ipso margine pro-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0089-7

minenter fructigerae; apothecia $^1/_2$—$^5/_8$ mm. lata, convexa, adnato-sessilia, atro-fusca, indistincte marginata; lamina hyalina, epithecium fuscescens, hypothecium subhyalinum, paraphyses conglutinatae, asci 8-spori; sporae 11—14 μ longae, 5—6 μ latae, vulgo oblongato-ovoideae, caeterum simplices et hyalinae. — Valde affinis *Psorae coroniformi α crenatae*, sed areolae minores et multo tenuiores fere membranaceae, margine crenulato adscendentes nec recurvae. Sporae utriusque conveniunt. A *P. decipiente* recedit areolis concavioribus et situ omnino marginali apotheciorum. — Crescit ad terram in Australia meridionali prope Fowlers Bay, unde a cl. Richard lectam mecum communicavit celeb. Ferd. v. Mueller.

247. *Psora decipiens* Hoffm. Pl. Lichenos. t. 43 fig. 1—3, Mass., Körb.

v. *albo-marginata* Müll. Arg.; thalli squamae obsolete albo-marginatae, caeterum normales, crassiusculae; apothecia majuscula et margine lato et livido-albo insigniter cincta. — Crescit in fissuris rupium calcarearum montis Salève loco Grande George prope Genevam: Müll. Arg.

248. *Callopismatis* sect. *Triophthalmidium* Müll. Arg. — Apothecia sessilia; sporae orculiformes praeter loculos duos terminales insuper loculum centralem cum reliquis poro junctum offerentes, unde sporae quasi trioculatae. — Hujus loci sunt:

Callopisma Brebissonii; *Lecidea Brebissonii* Fée Ess. Suppl. p. 108; *Lecanora Brebissonii* Nyl. Boliv. p. 377, et in Prodr. Nov. Gran. p. 30.

Callopisma erythroleucum; *Lecanora erythroleuca* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 30.

Callopisma erythroleucoides; *Lecanora erythroleucoides* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 30. Insuper hic pertinet species sequens.

(Schluss folgt.)

Untersuchungen über den Säftedruck der Pflanzen.

Von **Dr. Carl Kraus** in Triesdorf.

(Schluss.)

Nun folgt die Mittheilung der Beobachtungen des Saftaustritts aus Querschnitten krautiger Stengel, welche in feuchten Sand gesteckt waren. Bei jeder Species waren mindestens 6 Abschnitte, oft aber auch 12 und mehr verwendet.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03646-0090-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1881

Band/Volume: 64

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 81-88